

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum
Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

**Puente, Luis de la
Coloniae, Anno M.DC.XII.**

Med. 16. De infinita Dei omnipotentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](#)

MEDITATIO XVI.

DE OMNIPOTENTIA
Dei.

PVNCTVM I.

CONSIDERANDVM est pri-
mò , quod Deus Dominus
noster Trinus & Vnus, est in-
finite potens, ad faciendum
quidquid voluerit, sine ter-
mino aut limite aliquo ; quo
ad numerum, magnitudi-
nem, & perfectionem : quamobrem appella-
tur a OMNIPOTENS; cuius Omnipotentia in a Exod.15.3
eo consistit, ut facere possit res omnes, quas
infinita sua sapientia videt esse possibles, in
quibus non sit repugnantia aut aliqua cōtra-
dictio, si fiant . Et in hoc sensu dixit Angelus
Beatissimæ Virgini : b non esse impossibile apud
Deum omne verbum; omnis scilicet & quæcun-
que res, quam homo, & Angelus, & ipsemet
Deus intellectu suo concipere possit: si quod
talis res sit, nullam implicet contradictionē.
Et ipsemet Deus dixit per Ieremiam : c nun
quid mihi difficile erit omne verbum? quasi di-
ceret, nihil mihi erit difficile, sed omnia pos-
sibilia sunt, & facilia ad faciendum.

T R E S circa hoc perpendi possunt ex
cellentiæ.

S. Thom. I.
p. q. 25.

a Exod.15.3

b Luc.1.37.

c Iere.32.27

c Matt.19.

26.

c Marc.10.

27.

I.

PRIMA est, quod Deus Dominus noster pos-
sit de novo facere infinites plures res, quam
fecerit, nam quidquid factum est, quasi nihil
est, si cum eo conferatur, quod facere potest;
& postquam totum, quod factum est, video,
licebit cum Ecclesiastico ei dicere: *d multa
abscondita sunt maiora his, pauca enim vidi-
mus operum eius.* O D E V S Omnipo-
tent, gaudeo de hac tua grandi Omnipoten-
tia, qua potes infinites plura facere, quam
vel cogitatione ego possim assequi: & had-
eo es mirabilis in operibus, quae fecisti,
quantum eris mirabilior in ijs, quae facere po-
tes? *Glorifica, anima mea, e Deum tuum qua-*
tumcunque potueris, qui propter suam Omni-
potentiam, superualebit adhuc; & benedic
eum, & exalta illum quantum potes: quia pro-
pter suam Omnipotentiam, maior est omni-
laude.

II.

S E C U N D A excellentia est, quod possit
S. Thom. i. Deus facere quidquid voluerit in rebus, quis
p. q. 105. a. 6 iam fecit; mutans illas & transmutans, & pro-
libitu suo eas inuertens. nam ut idem sapiens
f Eccl. 43. 30 ait: *f ipse est Omnipotens super omnia opera*
sua; quia potest facere plura, quam fecerit;
& in ijs, quae iam fecit, facere potest quod vo-
luerit. Potest enim efficere ut Sol subsisteret
ut tempore Iosue; & ut retrocedat, ut tem-
pore Ezechiae; & ne det lumen suum, ut
tempore Passionis Christi; potest facere que
voluerit in mari, ventis, in terra, & in oce-
nibus viuentibus; sicut fecit in lege veteri.

Mo/ies

d Ecel. 42.
36.

e Ecel. 43.
32.

Moysem, & in lege noua fecit Christus Dominus noster, dum viueret in hac vita mortali, & quotidiè noua edit miracula: potestque maiora facere, quam fecerit; & hæc perpendens, dicere possum, quod addit Eccles. gter. g Ecol. 43.
31.

ribilis est Dominus & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius, ac propterea dignissimus est, cui fides adhibetur, & ut opes credamus, quidquid fides de stupendis eius operibus & miraculis nobis reuelat.

TERTIA excellentia est, quod possit Omnipotentia Dei exequi, quidquid eius voluntas possit velle; nam si Deus aliquid efficaciter vellet, quod efficere non possit, esset miserabilis, & non Deus. Ex præteritis licet colligere futura & possibilia: nam, ut h *omnia quæcumq[ue] voluit Deus fecit*, ita faciet quæcumque voluerit; & facere poterit, quæcumque potest velle, iuxta illud Sapientis: *i subest enim tibi, cum volueris, posse: quasi dicat, habes potestatē faciendi quæcumque volueris, & statim atque volueris aliquid, non tibi deest potentia, ad illud faciendum.* Ex quo prouenit, vt quando mihi constiterit de voluntate DEI, non mihi liceat, de eius Omnipotentia dubitare; & quando non constiterit, quid velit; dicam illi, quod Iesus dixit Christo Redemptori nostro: *k Domine, si vis, potes. O* DEVS Omnipotens, coram tua Omnipotentia effundo animam meam, cum omnibus eius necessitatibus & miserijs, & cum omnibus desideriis & affectionibus eius.

III.

*h Psal. 113.**ii.**i Sap. 12.18.**k Mat. 8. 2.*

Tua

Tua voluntas est iusta, & nosti quid mihi magis expediat; si vis potes, si vis me sanare à meis infirmitatibus, facillimè id mihi præstare potes; si vis mihi dare quod pero, è vestigio dare potes: gadeo, quòd tua Omnipotentia, constituta sit in manibus iustæ & benevolæ voluntatis tuæ: nam quod ex tali voluntate & potentia processerit, bonum erit & utile mihi, tibi verò gloriosum, cui sit honor & gloria in æternum. Amen.

PUNCTVM II.

DEINDE considerandum, quod hæc Omnipotentia solius Dei sit propria; quia us liberaliter faciat suas creaturem ius participes. In quo tres aliæ excellentiae sunt perpendendæ.

I. PRIMA est, quod solus Deus natura sua & essentia habeat potestiam, nulla verò creatura, nisi participatam à Deo: & propterea Apostolus de eo dicit, quod sit a solus potens: nam ceteri ex nobis ipsis sumus non potentes; quia b non sumus sufficientes, vel cogitare aliqua nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est: quidquid, r. possumus, ab eo habemus.

a 1. Tim. 4.
15.
b 2. Cor. 3. 5

II. SECUNDA excellentia est, quod solus Deus per suam Omnipotentiam facere possit opera sua, absq; alterius auxilio; ceteræ autem creature omnes, nihil facere possunt, nisi Dei Omnipotentia cum illis operetur. neque Sol illuminabit, neque ignis calefaciet, nec homo se movebit, aut aliud quid faciet, nisi De-

Omni-



L.
hi ma-
à meis
are po-
io dare
ia, con-
polz vo-
ntate &
cile mi-
& gloria

DE OMNIPOTENTIA DEI. 205

Omnipotentia illos iuuet, & cum illis opere-
tur ideo enim dixit Isa. quod c Deus omnia o-
pera nostra operatus sit in nobis; & ipse Christus
Dñs dixit : d sine me nihil potestis facere. Ex
vtraque hae consideratione, intelligam, quan-
tam dependentiam habeam à Dei omnipoté-
tia: vt sic in profunda humilitate proficiam,
sciens me, sine ea nihil facere posse; & infini-
tas gratias agam, propterea quod in omnibus
meis actionibus tam fideliter adfistat, vt fu-
sus inferius perpendemus.

c Isa. 26.12.

d I Cor. 15.5.

Medit. 23.

III.

TERTIA excellentia est, quod non sibi om-
nino retineat Deus suam Omnipotentiam, sed
sicut suas creatureas eius participes, ita vt v-
naque facere possit quæcumque suæ na-
turæ propriæ conueniunt; addit vero præ-
terea hominibus & Angelis excellentiorem
aliam & altiorem potentiam, quam habeant
per suam naturam, quia illos adhibet, vt instru-
menta, & coadiutores, ad res multas ipsius O-
mnipotentiae proprias: quamobrem Aposto-
luseoq; progressus est vt diceret: omnia pos-
sum in eo qui me confortat. Simil itaque con-
suntus cum Dei Omnipotentia, sum potens
ad res omnes, quas voluerit Deus in me & per
me facere, & honori sibi dicit Deus, si hoc de
ipso credamus & speremus; cui fidei & confi-
dientiae tribuit ipse huius rei experientia. ita
enim Christus Dominus dixit cuiusdam: si credis, f Mat. 9.23
omnia possibilia sunt credenti; & vt ait S. Ber-
nardus: nihil adeo Dei Omnipotentiam illu-
strat ac extollit, atque quod faciat Omnipo-

e Phil. 4.13.

f Mat. 9.23
Serm. 85. in
Cant.

poten.

potentes prædicto modo eos, qui in eum confidunt. O Deus Omnipotens, gratias tibi quætas possum ago, propter eam partem supremæ tuæ Omnipotentiæ, quam seruis tuis communicas. in ea Domine confido: siquidem tu ita vis; & per eam faciam quidquid mihi facendum iubes. Elige, anima mea in amicum eum, qui est Omnipotens, cù quo & tu eris Omnipotens; siquidem iuxta legem amicitiæ, quod per amicos possumus per nos possumus.

PUNCTVM III.

Fontes Diuinorum beneficiorum.

a *Isaias. 40.12*

TERTI ò considerandum, quasi pro hac tunc dictorum Epilogo, quod Dei Omnipotentia semper se occupet in benefaciendo nobis; sitque principium & fons, unde proueniunt nobis omnia diuina beneficia quibus gaudemus; simul cum ipsa sapientia bonitate & charitate Dei: hæc enim tria Dei attributa, sunt illi a tres digitæ, quibus Deus appendit molæ terræ, ut dixit Isaias Prophetæ quibus etiam digitis appendit celos, & Angelos, homines, & ceteras vniuersi creaturas. ille enim eas creauit, sustentat, gubernat, adiuuat, & ad ultimum suum finem perducit. Sapientia enim cognoscit ac disponit quidquid est facturus; bonitate & charitate vult facere, quod cognoscit; Omnipotètia denique illuc exequitur; & cum omnibus tribus occupatur in conferendis nobis magnis bonis. Pater ipsius Omnipotentia, quæ illi quasi propria attribuitur, Filius sapientia, & Spiritus S. bonitatis & eminenter.



& omnes tres personæ cum his tribus perfe-
ctionibus; quia unaquæque habet illas omnes
tanquam unam; in Deo enim omnes illæ sunt
unum & idem.

Hoc spiritu subsequentes Meditationes ag-
grediar, quæ sunt de diuinis beneficijs, quæ in-
ceperunt ab ipsa mundi creatione: danda quæ
est opera, ut tota vitæ meæ structura & mearū
considerationum, innitar præcipue tribus
his digitis SAPIENTIAE, OMNIPOTENTIAE,
& BONITATIS DEI, quibus respondeat actus
& affectiones trium Theologicarum virtu-
tum, fidei, spei, & charitatis. Fides enim re-
spondet sapientiæ; spes, Omnipotentiæ; cha-
ritas bonitati Dei; quamuis omnes tres virtu-
tes & earum actiones, respiciant tria attribu-
ta simul. O Deus Trine & Vne, & quæ sapiens,
potens, & quæ potens ac bonus, & in om-
nibus infinitus, illustra meum intellectum, di-
uina tua sapientia: allice voluntatem supremam
tua bonitate, conforta omnes facultates meas
admiranda tua potentia; ut agnoscens innu-
mera & suprema beneficia, quæ à te proue-
nerunt, te propter illa feruenter dili-
gam, tibiique seruiam, & fortiter
obediam in sæcula.

Amen.

MEDI-